

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 59. Virodunensis Episcopus pro præstando fidelitatis homagio  
Oenipontum ad Cæsarem profectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

§. LIX.

Sæcul. XVI.

A.C. 1563.

*Virodunensis Episcopus pro præstan-*  
*do fidelitatis homagio Oenipontum ad*  
*Cæsarem profectus.*

Eadem die undecima Februarii abso- *Nsol. Psal.*  
 luta Congregatione Virodunensis *pag. 370.*  
 Episcopus Oenipontum profectus est, ut  
 fidei homagium Cæsari exsolveret, ac  
 Virodunensem Comitatum clientelaris  
 prædii nomine acciperet. Hujus so-  
 lemnitatis seriem ipsemet hic Episcopus  
 describit his verbis: „die Veneris recepi  
 „feudum a Cæsare Ferdinando in cubi-  
 „culo suo aperto, præsentibus multis  
 „Episcopis, Principibus, Nobilibus, &  
 „maxime Rege Romanorum, Cardinale  
 „Lotharingio, Episcopis Gallis, Seno-  
 „nensi, Ebroicensi, Aurelianensi, No-  
 „lensi, Meldensi, SueSSIONensi, aliis-  
 „que multis, ubi habui orationem la-  
 „tinam, qua ejusmodi feudum petii,  
 „meque excusavi, quod hactenus pro-  
 „pter gravia impedimenta maxime hæ-  
 „reticorum rebellium non licuerit suam  
 „adire Majestatem. Responsum est  
 „mihi a Vice-Cancellario, quod sua Ma-  
 „iestas excusationes meas pro legitи-  
 „mis habeat, & adventus meus illi sit  
 „gratus, & benigne me recipiat ad in-  
 „vestituram feudi: his dictis præstiti  
 „juramentum, Evangelia ambabus ma-  
 H 5 „nibus

Sæcul. XVI. „nibus tangens, ac more, & verbis  
A.C. 1563. „consuetis coram Cæfare genuflexus,  
„qui porrexit mihi ensem, dicens: ac-  
„cipe potestatem brachii sacerularis, ubi  
„osculatus sum ensem: post hæc illi gra-  
„tias egi pro accepto beneficio, cum  
„laude virtutum ejus. Verum dein lis  
„intervenit cum supremo Imperii Præ-  
„fecto, eoquod is ultra trecentos au-  
„reos peteret quoque mulam, cui in-  
„siderbam, cum tamen id consuetudini  
„hucusque receptæ repugnaret, nam  
„neque tempore Caroli quinti e-  
„quis ullus fuit a me petitus, adeo  
„ut omnia officialium jura in pecunia  
„numerata ascenderent ultra quadri-  
„gentos, & quinquaginta aureos. Cete-  
rum ea res in favorem Præfusilis fuit de-  
cisa, qui etiam relictis literis in mani-  
bus Sigilliferi, eam ob caussam Cæsari  
valedixit, ac Oeniponto relicto Tri-  
dentum reversus est, ubi die vigesima  
quarta Februarii advenerat.

## §. LX.

*Lotharingius Cardinalis Oenipontum  
ad Cæsarem profectus.*

Pallav. c. 3. Die duodecima ejusdem Mensis Lo-  
num. 4. tharingius Cardinalis jam Oen-  
Sarpius pontum discesserat, ut Cæsarem sa-  
pag. 647. Lettre de lutaret juxta mandata, quæ ei Re-  
Visconti t. 1. gina Franciæ Administratrix transmi-  
p. 21. & 37. ferat.